En ledungskämpe sådan nu han rustar sjelf
Emot sig sjelf, som obetvinglig, underbar,
En låga skall uppfinna mer än blixten stark,
Och dunderslag, som öfverskallar åskans dån,
Poseidons lans, treudden, söndersplittrande,
En hafvets skräck, för hvilken darrar jordens grund. —
Och bräckt mot denna nödens klippa finner han,
Hur skilda äro herrskarmakt och trälens ok.

KÖ. Mot Kronosson du önskad ofärd slungar visst.

PR. Mitt tal min önskan yppar samt fullbordas skall.

KÖ. Skall någon kunna hoppas underkufva Zeus?

PR. En gång han större mödors tyngd än denna bär.

KÖ. Hur kan du utan bäfvan föra detta språk?

PR. Hvad har väl jag att frukta? Mig ej döden når.

KÖ. Jo, qval dig han bereder ännu bittrare.

PR. Fullborde han det! Allt jag nu förväntar mig.

KÖ. Den vise ödmjukt böjer knä för Nemesis.

PR. Så vörda, tillbed, smickra hvarje maktbeklädd!
Men mig bekymrar Kronossonen minst af allt.
Han göre, han befalle denna korta tid
Hur helst han vill; Ej länge gudadrott han är!

---

# Annotationes.

v. 561. "Prima monologia affectus et perturbationis plenissima est; — mentis etiam furore concitæ imago verissimis coloribus expressa — — *τίς γῆ; τί γένος*; nec terram, ubi pedem posuit, nec genus, nympharum nempe Prometheum circumstantium, agnoscit Io." Sch. — *φῶ*, v. Kr. I, 54, 2, 3; ib. 53, 6, 5; cfr Il. VI, 285.

v. 562. *Χαλινοὶ πέτρινοι* "frena saxea audacius pro catenis ad saxum affixis" Sch.

v. 563. *χειμαζόμενον*, active *procellis agito*, passive *hyemo*. Blomf. comparat hunc versum cum Soph. Phil. 1460 *Ἑρμαῖον ὄρος παρέπεμψεν ἐμοὶ στόνον ἀντίτυπον χειμαζομένῳ*; Eurip. Hipp. 315 *ἄλλῃ δ' ἐν τύχῃ χειμάζομαι*. Plerique hoc loco *χει.* translate accipiunt.

*τίνος — ποιναῖς — ὀλέκει* statui in tanta sententiarum discrepantia retinendum esse; *ποινὰς* Med. et plerique libri, *ποινᾶς* nonnulli, *ποιναῖς* vulgo; *ποινὰς* defendunt Pal., Herm., Weil, Schm. (qui comparans v. 614 *τοῦ δίκην πάσχεις τάδε*; e. a. judicat *π.* esse toti enuntiationi appositum). Dindorfio tamen hoc videtur durum esse, quare aut retinendam censet suam lectionem *ποιναῖς* aut conjicit cum Stephano *ποινά* vel *ποινῇ σ' ὀλέκει*, quamquam antea v. 112 plurali numero Æschylus usus est hoc nomine: *τοιάς δε ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω*; Weillio videtur Stephani conjectura nonnullis (velut Blomf.) probata poeticæ dictionis vim minuere. Sch. retinet *ποιναῖς*. — *ὀλέκει*, v. Kr. II, 39, *ὄλλυμι*. "gravius verbum *ὀκέκει* comprehendit in se *τίνεις*" Herm.

v. 564. *ὅποι γῆς* v. Kr. I, 47, 10, 4.

v. 565. *ἡ μογερά* v. Kr. I, 50, 8, 5.

v. 566. "Egregie adumbravit Æschylus Ionis animum spectri phantasia perterritum; ejusque oratio mirabiliter ad anxietatem animi prodendam conformata, si justa præsertim actoris pronuntiatione fuerit adjuta, vehementem theatro terrorem incusserit necesse est". Sch.

v. 567. *τὰν* omittunt Sch., Both., Schöm., Well., Med. et vet. edd. secuti; articulum ex tribus cod. additum retinent Blomf., Weil., Pal., Herm., Dind., Schm., v. Kr. I, 58, 8, 5. — ***οἶστρος***, proprie *asilus*, translate de furore. Mutationis virginis habita ratione similitudo ab aculeo illius bestiolæ ducta.

v. 568. *ἄλευ δᾶ* (quamquam ed. primæ et plerique cod. exhibent *ἄλευ ὦ δᾶ*) Dind. metri causa, quo efficiatur senarius catalecticus, comparatque cum eo *παῦ* pro *παῦε* dictum Ar. Æqu. 821. *ὦ παῦ οὗτος, κ. τ. λ.* Est tamen magna de hoc loco dissensio. Optime intelligitur averruncationis formula *averte terra.* Svidas: *ἄλευε· Ἴωνες τὸ φυλάξαι οὕτως λέγουσι.* v. Math. §. 223. p. 528. Kr. II, 39, p. 104. cfr. Sept. 88 *θεοὶ θεαί τ' ὀρόμενον κακὸν ἀλεύσατε.*

v. 569. *φοβοῦμαι*, "interpretamentum ad fulciendam constructionem additum, recte ejecerunt Dind. et Herm.: miseræ enim non magis oratio quam mens constat." Weil. — *μυριωπός.* innumeros habens oculos, deinde omnia observans (cfr. Suppl. 303 *τὸν πάνθ' ὁρῶντα φύλακ'.*) Cfr. Ovid. Met. I. 625:

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat

et Claud. de laude Stilich. I, 31 2:

Argum fama refert centeno lumine cinctum
Corporis excubiis unam servasse juvencam (Stanl.).

Est enim in fabulis hunc custodem a Junone Ioni in vaccam mutatæ additum esse, postea tamen a Mercurio occisum.

v. 570. "Imago est animi vultus, indices oculi."

v. 571. *κατθανόντα*, Kr. II, 8, 3, 8. — "cum admiratione quadam pronuntiatum. Miratur enim Io, quid sit, quod Argus, quamvis occisus, tamen quasi adhuc viveret, obambulet" Sch.

v. 572. *ἀλλ' ἐμὲ*, Dind., Weil., Schm.; libri: *ἀλλά με* — ***ἐξ ἐνέρων***, libri, quod retinent Dind., Herm., Pal. e. a.

Weil. et Schm. legunt *κἂξ ἐν.* ad sustentandos numeros, qui cohærere videntur. — ex inferis, v. Kr. I, 68, 17, 2. *περάω* transporto — *κυναγετεῖ* v. Soph. Aj. v. 5.

v. 573. *νῆστις* invenitur etiam quamqnam alio quodammodo sensu v. 600.

v. 574. — *ὑπό* v. Kr. II, 68, 48, A. 4. infra 877. cfr. Agam. 1215 *ὑπ' αὖ με δεινὸς ὀρθομαντίας πόνος στροβεῖ* ib. 450 *φθονερὸν δ' ὑπ' ἄλγος ἕρπει προδίκοις Ἀτρείδαις.* — *Κηρόπλαστος,* libri — quod est ex arundinibus cera compactus. Meineke conjicit *κηρόπακτος* i. e. calami cera conjuncti (Philologos 1863 p. 51). Cfr. Ovid. Met. XI, 154:

Et leve cerata modulatur arundine carmen.

Tib. II, 2, 51: Fistula, cui semper descrescit arundinis ordo,
Nam calamus cera jungitur usque minor.

Virg. Ecl. II, 32: Pan primus calamos cera conjungere plures
Instituit (Schm.).

Eleganter vertit Sch.: *cera vero compacta sonora fistula submurmurat carmen sopiferum.* Scilicet ut *βούτης* fistula etiam instructus sequi visus est Argus ac nonnumquam buculam ad somnum invitare (Pal.).

v. 575. *ἀχέτας* Dor. pro *ἠχέτης resonans* cfr. Eurip Electr. 101 *κύκνος ἀχέτας;* Ar. Aves. *ὁ θεσπέσιος ὀξυμέλης ἀχέτας.* — "Lassitudinem referunt tibiæ modi, ad fistulæ pastoriciæ similitudinem remisse somnumque invitantes; terrores et dementiæ stimulos exprimit ipsius miseræ cantus, numeris modo acriter concitatis, modo languide subsidentibus" (Weil.).

v. 576. *ποῖ μ' ἄγουσιν* ⏑ – *τηλέπλανοι πλάναι;* Herm. *μακραί* vel *χθονός* excidisse suspicatur, Dind. *πάλιν,* Meineke (Philologus 1863 p. 23) *πλάναι* — Inde ab hoc versu incipit Io se colligere ex furore atque in se redire.

v. 578. *ἐνέζευξας* v. 108, cfr. Eur. Alc. 482 *τῷ προσέζευξαι πλάνῳ;* Soph. O. C. 525 *κακᾷ μ' εὐνᾷ πόλις οὐδὲν ἴδριν γάμων ἐνέδησεν ἄτᾳ;* Soph. O. T. *γάμοις με δεῖ μητρὸς ζυγῆναι.* Il. II, 111 *Ζεύς με μέγας Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείᾳ.*

v. 579. *πημοσυναῖσιν*, Cod. Med. et ceteri plerique, ut videtur, atque edd. vet.; *πημοσύναις* scribendum esse monuit Herm. in Opusc. IV. p. 334. — Sch. verba ita conjungit: *quo tandem in delicto me deprehensam his calamitatibus coercet?*

v. 580, *οἰστρηλάτῳ*, quod ad compositionem verborum attinet — vide v. 109, *ναρθηκοπλήρωτον πηγήν* et v. 152 *ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις* — recte interpretatur Sch.: "*timore ex insania orto*" apte comparans Ajacem Sophocleum, quem, "postquam ad se rediit, eorum poenitet, quæ furore percitus perpetraverat."

v. 581. *παράκοπος*, proprie de citharoedo dictum contra tempus pulsante atque etiam de nummis adulterinis — h. l. amens, insanus, vide infra *παραπαίω* v. 1056; *παρακοπή*, insania. — sentit se virgo per intervalla furore corripi. — *τείρω*, vexo.

v. 582. *με* inseruit Elmslejus. — *δάκος*, fera v. Theb. 558; Agam. 824, 1232; Coeph. 530; — Incredibiliter angit animum spectatoris, quum, ut se Juppiter igne potius comburat aut terra abscondat, aut in mare projiciat, optat; quam ærumnosam enim ac deplorabilem ejus vitam esse oportet, cui nullus mortis gradus adeo terribilis est, quin tali vita optabilior esse videtur? (Sch.)

v. 584. *εὐγμάτων*, v. Math. §. 368.

v. 586. *γυμνάζω*, *exerceo.* Cfr. Eurip. Helen. v. 533 *οὐδ' ἀγύμναστον πλάνοις.* Agam. 540 *ἔρως πατρῴας τῆσδε γῆς σ' ἐγύμνμασεν;*

v. 587. *ἀλύσκω*, vox Homerica; rarius tamen invenitur apud tragicos simplex verbum. v. Pers. 100. Soph. Ant. 488. Electr. 627. — His verbis Io sibi comparat aptum ad colloquium cum Prometheo instituendum argumentum.

v. 588. Hunc versum libri choro tribuunt, antitheticum Ioni. Utrumque Ionis esse monuerunt et Elmslejus et Herman. Aptius tamen videtur utrumque Choro tribuere, quod etiam Schömanno placuit. — *βούκερως* bovis cornua habens.

v. 589. *οἰστροδινήτου*, cfr. Od. XXII, 300, *βόες ὡς ἀγελαῖαι· τὰς μέν τ' αἰόλος οἶστρος ἐφορμηθεὶς ἐδόνησεν* — Hoc verbo respicit Pr. quæ antea Ioni evenerunt.

Cfr. Virg. Georg. 152, de asilo:

Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiae Iuno pestem meditata juvencæ —
Vide infra v. 681.

v. 590. *θάλπει*, v. infra 650, 685.

v. 591, *δρόμους*, v. infra 708. Cfr. Eur. Alc. 489 *οὐ τόνδ' ἀγῶνα πρῶτον ἂν δράμοιμ' ἐγώ.* Ar. Nub. 29. Soph. Trach. 1045.

v. 592. *στυγητός*, v. Kr. II, 39 *στυγέω. πρὸς βίαν* hic aliter atque in v. 208.

v. 593. *ἀπύω*, v. Kr. II, 39, p. 106. — *Pronuntio.*

q. 594. *ἄρα* cfr. Septem 91 *τίς ἄρ' ἐπαρκέσει;* Pers. 144. *πῶς ἄρα πράσσει Ξέρξης βασιλεύς;* alia significatione supra v. 517. Repetitionem pronominis *τίς* admirationem significare atque collocationem verborum *μογ., τάλ., τὰν ταλαίπ.* ad misericordiam commovendam aptissimam esse monuit Sch. Miseri miseros optime consolantur.

v. 595. *προσθροέω*, *alloquor.*

v. 596. *θεόσυτόν τε νόσον* intelligimus furorem divinitus immissum, qui proprio nomine morbus appellatur. Vide supra v. 589.

v. 597. *μαραίνω tabefacio.* cfr. Eum. 139 *ἕπου, μαραίνε δευτέροις διώγμασιν.* ibid. 280 *βρίζει γὰρ αἷμα καὶ μαραίνεται χερός.* Soph. O. T. 1328 *ὄψεις μαρᾶναι.* O. C. 1260 *πλευρὰν μαραίνων.* Eur. Alc. 203 *φθίνει γὰρ καὶ μαραίνεται νόσῳ.* — post *κέντρ.* Herman. statuit *φρένας* supplendum esse, Hartung *ἀεί.*

v. 599. *φοιτάλεος* furibundus a *φοῖτος rābies* vel potius a *φοίτη* (Blomf.) unde *φοιτάω* Aj. 59 *(storma i yran)*; plura quoque adjectiva, quæ in — *αλεος* terminantur, enumerat Blomf. in Glossario in Prom. Vinct. — *κ. φοιτ.* stimuli ad cursum incitantes; *φ.* prima significatione est *furibundus*, *errabundus*, secunda translate furiosus, deinde vi transitiva ab Æschylo tributa — in *errorem conjiciens*, ad *cursum concitans* (Sch.). Præterea admirandum est in tota allegoria a similitudine equi ad cursus celeritatem stimulis excitati ducta quam præclare translationis tenor sit servatus.

v. 600. *σκιρτημάτων αἰκίαι* i. e. *σκιρτήματα αἰκίζοντα saltus corpori nocentes* s. corporis *anhelitu et fatigatione cruciantes* (Sch.). — *νῆστις* h. l. active intelligitur *famem afferens* Cogitare licet de "equo a crudeli sessore usque ad internecionem sic fatigato, ut ne ad pabulum quidem capiendum statio concedatur."

v. 601 *λαβρόσυτος, cursu concita* (Blomf.). Æschylus sectatur composita ex *σεύω* vel *σῦμι.* — *Ἥρας*, quod in libris deest, ex schol. Med. inseruit Herm.

v. 602. *ἐπίκοτος, iratus.* — *μῆδος,* consilium, ab antiqua radice *μάω* (Blomf.).

v. 603. de Prometheo loquitur Io.

v. 604. *τορῶς* perspicue — *τορόν* proprie dicitur quodcunque ita perforatur, ut lucem transmittat (Blomf.). Vox *τορός* frequens apud tragicos.

v. 606. *τί μὴ χρὴ φάρμακον νόσου,* Med. Elmsleji egregiam emendationem *τί μῆχαρ; τί φάρμακον νόσου* perfecit I. F. Martin.

v. 608. *θροέω loquor* — *δύσπλανος, infeliciter errans.*

v. 610. *ἁπλῷ λόγῳ simplici narratione,* cfr. Pind. Nem. IV. 153. *ῥήματα πλέκων.* Eur. Phoen. 503 *ἐγὼ γὰρ οὐδέν, μῆτερ, ἀποκρύψας ἐρῶ.* Suppl. 464 *αἰνιγματῶδες τοὔπος· ἀλλ' ἁπλῶς φράσον.*

v. 611. *οἴγειν. ἀνοίγετε* vide Soph. Aj. 344.

v. 612. *πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ',* Math. § 390. Kr. I, 48, 12, 5.

v. 613. v. Kr. II, 58, 1, 1. cfr. Ar. Equ. 836 *ὦ πᾶσιν ἀνθρώποις φανεὶς μέγιστον ὠφέλημα.* Blande alloquitur Prometheum Io, beneficiorum se ejus famam audivisse significans.

v. 615. *ἁρμοῖ, modo, nuper* ut *ἄρτι.* cfr. Soph. Aj. 798 *πάρεστ' ἐκεῖνος ἄρτι·* vocabulum *ἁρμοῖ* veterum testimonio syracusanæ est dialecti (Schm.).

v. 619. *φάραγξ* vallis inter montium prærupta.

v. 619. *βούλευμα τὸ Δῖον* i. e. *Διὸς βούλευμα,* cfr. Soph. Trach. 956 *Δῖον γόνον.* Eur. Ion. 200. *Δίῳ παιδί.*

v. 620. Legebatur *ποινὰς δὲ ποίων ἀμπλακημάτων*. Verba sic transposuit Weil.: *ποίων δὲ ποινὰς ἀμπ.* cfr. v. 112.

v. 621. *σαφηνίζω*, *explico*. cfr. Coeph. 678 *ἐξιστορήσας καὶ σαφηνίσας ὁδόν*. — Libri *ἀρκῶ σοι σαφηνίσαι*, quod esset *tibi valeo dicere*. Itaque interpretatus est Schöm. et Voss: So viel zu offenbaren dir vermag ich nur. Sed si defendimus interpretationem: *tantum me tibi patefecisse sufficit*, scribendum est aut *ἀρκεῖ σοι σαφηνίσαι* (ut Hartung) aut *ἀρκῶ σοι σαφηνίσας*, quod placuit Keck et Meineke (Philologus 1863 p. 231.) et Weillio. De conj. *ἀρκ.* cum part. v. Kr. I, 56, 8, 1.

v. 626. *τοῦδε τοῦ δωρήματος* M. et plerique. *τοῦ* omittunt libri pauci. Correxit Turnebus, qui recte sensit pronomine hic magis opus esse quam articulo — de constr. v. Math. §. 368. cfr. v. 583. Sarcasmus quidam ut Eur. Med. 136 *οὐδὲ συνήδομαι, ὦ γύναι, ἄλγεσι δώματος*.

v. 627. *τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ* v. Kr. I, 67, 12, 6. Kr. II, 67, 12, 4. cfr. Soph. Aj. 540 *τί δῆτα μέλλει μὴ οὐ παρουσίαν ἔχειν;* — *γεγωνίσκειν* v. Kr. II, 39, p. 110.

v. 628. *φθόνος μὲν οὐδείς*, non invideo — *ὀκνῶ*, invitus sum. — *θράσσω*, perturbo.

v. 629. *μᾶσσον ἢ ὡς ἐμοί*, Brunck, cui tamen repugnare videntur leges de crasi, quod ostenderunt Ahrens, de crasi et aphaeresi, Stolbergæ Hercyniæ 1845, p. 5. Sorof, de augmento in trimetris tragicis abjecto præmissa de crasi, elisione, aphæresi quæstione. Vratisl. 1851 (Schm.), qui contenderunt vocabula tantum *ἄρα*, *ἄν*, *οὐ*, *ἐγώ* cum antecedentibus, substantivis exceptis, per crasin coalescere. — *μασσόνως ἢ 'μοί*, Elmslejo auctore Herman addita conjectura *μᾶσσον ὧν ἐμοί*, quam accepit Dindorf. Utrumque tamen omnino placere non potest. De terminatione comp. *ως*, adverbialiter usurpata, disseruit. Buttm. (griech. Gramm. § 115, 5.) qui judicat hoc modo adverbia gr. comp. ita tantum usurpari, ut exprimant modum. Exempla, quibus sententiam suam confirmavit, hæc sunt: Eur. Heracl. 543, Iph. Aul. 379, Hecub, 1121, Soph. O. C. 101. Conjectura *ὧν* offendit, quia membra comparationis non apte sunt inter se conjuncta. Vulgatam autem plerique defendunt, ut Becker

(Homerische Blätter p. 314), Schöman (Lehre von den Redetheilen, Berlin 1862), Meineke (Philologus 1862 p. 237). Ád sententiam suam affirmandam quæ attulerunt exempla, hæc fere sunt:

Iliad. IV, 377 *μελάντερον ἠΰτε πίσσα,*

Xenophanes (apud Athenæum XII p. 526 A):

*ᾔεσαν εἰς ἀγορὴν παναλουργέα φάρε' ἔχοντες*
*οὐ μείους ὥσπερ χίλιοι εἰς ἐπίπαν*

Lysias or. VII, 12; ib §. 31, Dem. Aristog. I. §. 53 p. 786 *καὶ μειζόνων ἀξιώσαντες δωρεῶν ἀφήσετε ὡς τοὺς εὐεργέτας,* Plato rep. VII, p. 526 *οὐκ ἂν ῥαδίως πολλὰ εὕροις ἂν ὡς τοῦτο.* R. Förster (de attractionis usu Æschyleo) comparavit Eur. Hippol. 530. *οὔτε γὰρ πυρὸς οὔτ' ἄστρων ὑπέρτερον βέλος οἷον τὸ τᾶς Ἀφροδίτας ἵησιν — Ἔρως.* — Schol. Med. ita accepit, ut *ἐπεὶ ἐμοὶ γλυκύ ἐστι* interpretatus sit. — *μᾶσσον* dor. pro *μεῖζον.*

v. 630. Cfr. Od. XI, 380 *εἰ δ' ἔτ' ἀκουέμεναί γε λιλαίεαι.* Virg. æn. II, 10 sed si tantus amor casus cognoscere nostros, Incipiam.

v. 631. "Quod h. l. chorus Promethei narrationem interpellat et Ionem de causis morbi sui narrationem exposcit, non solum ab ejus curiositate alienum non est, sed etiam ad variandum dialogi cursum utile, ne forte eadem persona diutius sermocinante auditoris attentio languesceret." Sch. — *μήπω γε* vide Ar. Nubes 186, 267. Sept. 71.

v. 633. *πολυφθόρους* hic dictum videtur in sensu *τοῦ φθείρεσθαι.* vide infra 820.

v. 635. *σὸν ἔργον* tui est officii, v. Math. 264. — *ὑπουργῆσαι χάριν* gratiam exsequi cfr. Eur. Alc. 857 *Ἀδμήτῳ θ' ὑπουργῆσαι χάριν.*

v. 636. Inachus erat filius Oceani et Thetyos.

v. 637 sqq. "nam etiam deflere et lamentari infortunia sua, ubi quis lacrymas ex auditorum oculis eliciturus sit, operæ pretium est."

v. 642. "pudebat nempe castam virginem stupri sibi a Jove intentati mentionem facere." Pudorem cum tristitia et la-

crymis conjunctum virgini poëta tribuit. v. Supp. 579. — *ὀδύρομαι*. Med. et libri plerique.

v. 643. *θεόσσυτος χειμών* i. e. q. *θεόσσυτος νόσος* v. 602; furor bene cum tempestate comparatus. — *διαφθορὰν μορφῆς* formæ ruina sc. in vaccam mutatio.

v. 644. *ὅθεν*, Sch. *B ἀφ' ἧς αἰτίας*. — *προσέπτατο*, cfr. Soph. Aj. 282 *τίς γάρ ποτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσέπτατο*, Eurip. Alc. 420 *ἐπίσταμαί γε κοὐκ ἄφνω κακὸν τόδε προσέπτατ'*, Areschius confert.

v. 645. *πωλέομαι ventito* Math. § 50, Kr. II, 34, 3, 7 cfr. 122 *εἰσοιχνεῦσιν*.

v. 646. *παρθενών*, *virginum conclave*, sic *γυναικών* mulierum conclave, *ἀνδρών* virorum Ag. 243 (Blomf.).

v. 647. *λεῖος* lēvis, quæ vox a Græca voce formatur inserto digammate, cfr. Suppl. v. 477. *μῦθος θελκτήριος*. — *ὦ μέγ' εὔδαιμον* v. Kr. I, 46, 6, 6. II, 46, 6, 7, cfr. 1004; Soph. O. T. 1343 *τὸν μέγ' ὀλέθριον*. Hom. *μέγα νήπιος*, *μέγ' ἔξοχος*, Comp. Stanl. Eur. Alc. 1092 *Τί δ'; οὐ γαμεῖν γὰρ, ἀλλὰ χηρεύεις μόνος;* et Virg. Æneis IV, 32: Solane perpetua mærens carpere juventa? (Blomf.).

v. 649. *ἵμερος*, *dulce amoris desiderium*, quo primum tepent, mox incalescunt amantes. Omnes affectus animi, qui ab externa quadam causa proficiscuntur, eleganter a poëtis Græcis cum vulnere comparantur a *κέντρῳ* vel *βέλει* inflicto; (Sch.) cfr. Agam. 742 *μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος*. Ag. 240. Hiket. 1005.

v. 650. *θάλπω*, *calefacio* cfr. 590, 685, 878 — *συναίρεσθαι Κύπριν* i. q. *συνουσιάζειν*. Cfr. 864. Male Schol. A. *συμβοηθῆσαι αὐτῷ καὶ τὴν Κύπριν* cupit una Venerem adjuvare se, ut potiatur amore.

v. 651. *ἀπολακτίζω* recalcitro, rejicio (Blomf.). Similitudo ducta ab equo calcibus, quæ sibi nocitura videntur, repellente.

v. 654. *ὡς ἄν;* Math. §. 520, 2. — *τὸ Δῖον ὄμμα*, Math. §. 430, cfr. 619.

v. 655. *εὐφρόνη*, *nox* "*διὰ τὸ εὖ φρονεῖν ἐν αὐτῇ*" Epicharmus (Blomf.).

v. 657. *ἔτλην*, cfr. Eur. Alc. v. 1. *ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι.* sustinui ut rem duram. — *νυκτίφοιτ᾽ ὀνείρατα* malo quam *νυκτίφαντ᾽* Med. Nauckius (*Bulletin de l'Académie de Pétersbourg* a 1860 p. 241.) restituit *νηκτίφοιτα δείματα*, quod apud Lycophr. legitur v. 225. Cfr. Coeph. 523 *νυκτιπλάγκτων δειμάτων.* (Dind.) Weilius legit *νυκτίφοιτα φάσματα* (cfr. Soph. Electr. 502. *φάσμα νυκτός*) — *γεγωνεῖν.* v. Kr. II, 39, p. 110.

v. 658. *ἐπὶ*, v. Kr. I, 68, 40, 3. Cfr. Eur. Electr. 1343. *στεῖχ᾽ ἐπ᾽ Ἀθηνῶν·* Soph. O. T. 70 *Κρέοντα — ἐς τὰ Πυθικὰ ἔπεμψα Φοίβου δώμαθ᾽, ὡς πύθοιθ᾽ ὅτι δρῶν ἢ τί φωνῶν τήνδε ῥυσαίμην πόλιν.*

v. 659. *χρή*, cfr. 940.

v. 661. *αἰολ.* ambiguus; qui varie explicatur — *δύσκριτα*, cfr. tamen Soph. O. T. 96 *ἄνωγεν ἡμᾶς Φοῖβος ἐμφανῶς ἄναξ.*

v. 662. Synonymorum coacervatio et ambiguitatem oraculorum et animum Ionis commotum vi et gravitate indicat.

v. 665. *ὠθεῖν* et *μολεῖν*, v. Kr. I, 58, 6, 9.

v. 667. de inf. cfr. Sept. 429. Agam. 1653, Eur. Orest. 1527 (Schm.).

v. 669. *Λοξίας* propter ambiguitatem et obscuritatem vocatus est Apollo.

v. 672. *χαλινός* translate. Cfr. Agam. 226 *ἀνάγκης λέπαδνον.* — *πρὸς βίαν* = *βίᾳ.*

v. 573. comparat Abresch. cum Soph. Aj. 447 *κεἰ μὴ τόδ᾽ ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι γνώμης ἀπῇξαν.*

v. 674. *μύωψ* vide Plin. histor. nat XI, 28, 34, 100 (Schm.).

v. 675. *ἐμμανεῖ σκιρτήματι*, singularis num. pluralis loco adhibitus ad perpetuitatem cursus significandam (Sch.); nostri dicunt: i ett språng.

v. 677. *ἄκρατος* est qui animum non habet mollitum et temperatum, ut vinum meracum mixta aqua defervescit (Pal.) Schützius laudat Ovidum:

Constiterat quocumque modo, spectabat ad Io,
Ante oculos Io, quamvis aversus, habet.

atque Val. Flacc. (Argon. libr. IV. v. 351 sqq.).

v. 680. Celeriter percurrit Io subitam mortem quæ Argum vita privavit; quo modo id acciderit, in ambiquo relinquit.

v. 681. *οἰστροπλήξ, oestro percussa* (Blomf.).

v. 682. *γῆν πρὸ γῆς*, de terra in terram v. Kr. II, 68, 15, 1. Cfr. Arist. Ach. 235 *διώκειν γῆν πρὸ γῆς*. Soph. Phil. 285 *χρόνος διὰ χρόνου*. Trach. 28 *ἐκ φόβου φόβον*.

v. 685. *σύνθαλπε*, cfr. Soph. Aj. 472 *θερμαίνεσθαι κεναῖσιν ἐλπίσιν* — *νόσημα αἰκ. pessimum vitium* (Sch.).

v. 686. *σύνθετος, compositus*.

v. 687. *ἄπεχε* h. l. intrans.

v. 688. *οὔποτ᾽ οὔποτ᾽ ηὔχουν* M. *ηὔχουν* schol. M. et libri nonnulli. (Weil.) —*οὔποτ᾽ ηὔχουν, numquam credidi* vel *opinatus sum*. Blomf. confert Agam. 506. Suppl. 329. Eur. Heracl. 931. Helen. 1619. Soph. Phil. 869. ubi servata est propria significatio: *confidenter dico*. — ad *ξένους* est *ὧδε* (v. 690) subaudiendum.

v. 689. *ξένους λόγους* intelligit Sch. sermones, qui in extremam admirationem homines conjiciunt. — *μολεῖσθαι* v. Kr. II, 39. p. 108.

v. 690. *θυσθέατος*, cum dolore spectandus (Blomf.) cfr. Soph. Aj. 1004. *ὦ δυσθέατον ὄμμα* "syn af fasa" Spongb.

v. 691. *πήματα* — *ἀμφάκει*, in his versibus secutus sum eandem descriptionem, quam Weilius. — *ἀμφάκει κέντρῳ*. cfr. Soph. O. T. 809 *διπλοῖς κέντροισι*. Aj. 242 *μάστιγι διπλῇ* — *ψύχειν, frigefacio* (Blomf.) *excruciare* (Well.). Meinekii conjectura *ψήχειν*, quam accepit Dind. loco citato Stob. Flor. 38, 53 minime probatur. Ibi enim — ut recte animadvertit Weilius — animus invidia, ut ferrum robigine, paullatim corrodi (*ἐξαναψήχει*) dicitur; hic subitus horror animum perfrigefacit ut Eum. 160. Furiæ convicii flagello perculsæ gelantur. — Inf. præs. *ψύχειν*, durationem quandam exprimens, cum inf. fut. *μολεῖσθαι* apte comparatus (Schm.).

v. 695. *πρᾶξιν Ἰοῦς*, ut fortuna Ionis. Cfr. 790. Soph. Aj. *ὡς ἥκει φέρων Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν, ἣν ἤλγησ' ἐγώ.* Comparari jubet Morell. Eurip. Alcest v. 813. Soph. Aj. fin (Sch).

v. 696. *πρῶ γε* Med. superscripta *ο*, unde non male Brunckius *πρῷ γε*. Pal. retinet *πρό*, qua de re consentiunt Blomf. et Herm. Cfr. *προστένειν* Ag. 252. V. Kr. II, 68, 48, 2. — *φόβου πλέα τις* perterrita quædam. V. Kr. I, 47, 26, 6. Cfr. Eurip. Med. 265. Pers. 603. (Blomf.).

v. 698. indicat chorus se non sua magis quam Ionis causa narrationem hanc exposcere (Sch.).

v. 700. De Ionis erroribus tam multa sunt scripta, ut in qualibet pæne editione de hac re videre liceat. Quare equidem præterii. — *ἀνύομαι*, *consequor*. — Coeph. 858. *ὑπὸ δ' εὐνοίας πῶς ἴσον εἰποῦσ' ἀνύσωμαι;* quum tantus meus amor sit quomodo consequi possum ut paria ei verba loquar? (Schm.).

v. 704. *πρὸς*, v. Kr. II, 52, 3, 1. *νεάνιδα*, ib. II, 17, 2, 1.

v. 705. plerique malunt *σύ τ'* quam *σύ δ'*. Cfr. Eum. 468 *σὺ τ' εἰ δικαίως εἴτε μὴ κρῖνον δίκην.* Blomf. confert Eur. Poen. 467. ibid. 898. Orest. 1635. Æsch. Sept. 147.

v. 706. *θυμῷ βάλ'*, locutio Homerica. V. Kr. II, 46, 2, 4. Cfr. Od. I, 201. ingifva h. l. lägga på hjertat. — *ὡς ἄν*, v. Math. §. 520. Kr. I, 54, 8, 4. Löfstedt, Grekisk Grammatik §. 84. II.

v. 708. *στείχειν*. v. Math. §. 511, 5. Kr. I, 46, 6, 2. II, 46, 7, 2. Soph. Aj. 30. — *ἀνηρότους γύας*, *juga inarata* (Oxymoron q. v.). Schytæ enim idem fecerunt quod de Numidis narrat Sallustius, "pabulo pecoris magis quam arvo student." (Blomf.).

v. 709. *πλεκτός*, *plexus*. "*πλαγκτὰς στέγας* suspicatur Dacierus, quod putat Horatium hunc Poetæ nostri versum expressisse in Ode 24. Lib. III. 10. *Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.* Sed neuter Scholiastes ingeniosæ suspicioni favet." (L. Theobald apud Blomf.).

v. 710. *πεδάρσιος*, *sublimis* æolice pro *μετάρσιος* (Blomf.). — *εὔκυκλος*, bene rotatus. — *ὄχοις*, v. Math. §. 91. 3. b.

v. 711. *ἐξαρτάω*, suspendo, instruo. (Blomf.).

v. 712. Inf. vid Math. §. 546. Kr. I, 55, 1, 5. — libri fere omnes *ἀλιστόνοις γύποδας*. Hermanni conjecturam *γυῖ ἁλιστόνοις*, ab ipso non receptam, probarunt Schöm., Heimsoeth, Weil, Schm. Meineke qui cum iis consentit scholion novicium *Γύποδας* ad Gepidas, qui a Scriptoribus Byzantinis etiam *Γήπαιδες* vocantur referendum esse monuit (Philol. 1863, p. 231). Legimus cum Herm., Dind., Pal., Sch., Blomf., *ἁλιστόνοις, πόδας — ἁλιστόνοις*, recte scoliastæ *ταῖς ὑπὸ τῆς ἁλὸς στεναζούσαις καὶ ἠχούσαις* vel *ὑπὸ ἁλὸς τινασσομέναις*.

v. 713. *χρίμπτω*, *propinquo.* — *ῥαχία*, *litus scopulosum.* (Blomf.).

v. 714. Hic narrationem hiare perspexit Foss. v. Weil. — *λαιᾶς δὲ χειρὸς*, v. Math. §. 377. Kr. II, 46, 1, 3. *læva manu.* — *σιδηροτέκτων*, *ferri artifex.*

v. 716. libri *πρόσπλαστοι*, quod correxit Elmsley. (Weil.) Dindorfius legit *πρόσπλατοι*, quum tragici non *ἄπλαστος* sed *ἄπλατος* dixerint. Quod tamen Blomfieldio necessarium non videtur, qui retinet *πρόσπλαστοι*, quod censet a *προσπέλαστος* contractum.

v. 747. *ὑβριστὴν* vulgo. Ita legimus partim quia de nomine hujus fluminis commentatores mirabiliter discrepant, partim ut lusum verborum, si fieri potest, reddamus. Commentatores conjiciunt Istrum, Araxem, Tanaim, Alazona, Borosthenem, fluviumque denique, cui nomen Hybrista — de Acc. v. Kr. I, 46, 1, 1.

v. 718. *οὐ γὰρ εὔβατος περᾶν*, "In hac phrasi *περᾶν* adjicitur eodem genere pleonasmi quo *ἄπαις παίδων ἀῤῥένων* dicitur." (Sch.).

v. 719. *πρὸς αὐτὸν Καύκασον·* vertimus cum Blomf. *ad ipsum Caucasum* i. e. ad summam partem Caucasi, ut ex verbis *κροταφῶν ἀπ' αὐτῶν* intelligitur. V. Kr. I, 51, 6. 9.

v. 720. Apte Sch.: *Ubi fluvius ille robur suum effundit*, h. e. cum magna vi prorumpit, *e jungis montis editioribus.*

v. 721. *ἀστρογείτονας*, cfr. Serv. in Ecl. VI. Virgil. de

Caucaso verba facient.: *hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus pæne sideribus.* (Sch.).

v. 722. *ἐς μεσημβρινὴν βῆναι*, cfr. Soph. Aj. 1254. *ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.* (Schm.).

v. 723. In Europa prope Tanaim fluvium habitasse olim Amazones testis est Sallustius. Fragm. inc. p. 135. *Dein*, inquit, *Campi Themiscyrii, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine, incertum quamobrem, digressæ.* (Dind.).

v. 724. *στυγάνωρ, viros perosus* ut infra 899. — *Θεμίσκυρα*, urbs Cappadociæ.

v. 726. *Σαλμ. γνάθος, maxilla.* cfr. apud Virg. Tænariœ fauces, Soph. Ant. 968. *ἀκταὶ Βοσπόριαι, ἰδ' ὁ Θρηκῶν Σαλμυδησσός.* Virg. Æn. 9. 659:

Quales Træiciæ cum ad flumina Thermodontis
Pulsant et pictis bellantur Amazones armis.

v. 727. *μητρυιά, noverca. ἤτοι ἠχθρὰ καὶ ὀλέθριος* cfr. Hesiod. *ἄλλοτε μητρυιὰ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ.* (Blomf.).

v. 728. *καὶ μάλ', et quidem.*

v. 729. *στενόπορος*, angustus. de freto Euboico Eurip. Iph. Aul. 81 *στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα.* (Blomf.).

v. 733. *ἐπώνυμος, qui nomen ab alio trahit* et *qui suum alteri tribuit.*

v. 735. Dind. et Pal. cum Elmslejo legunt *Ἀσίδ'* pro *Ἀσιάδ*, ut dactylum evitent. cfr. Pers. 270 *Ἀσίδος.* — *ἄρ'*, v. Kr. I, 69, 9. Schm. confert Soph. Electr. 614, O. T. 822, Aj. 277, O. C. 780.

v. 738. "Proprie quidem Junonis iræ errores suos Io debebat; quia tamen hanc iram propter Jovis amorem sibi concitaverat, recte Jovi quoque istorum culpa tribuebatur." (Sch.).

v. 741. *προοίμιον, proemium*, antecantamentum (Blomf.) — *μηδέπων*, Kr. II, 14, 9, 5. Math. §. 46. Steph. comp. Pers. 435. *μηδέπω μεσοῦν κακόν. μ. ἐν προοιμίοις* pro *μηδέπω προοίμια.*

v. 746. Ut sæpissime calamitates cum tempestatibus comparantur. Cfr. Eur. Hipp. 822. Soph. Trach. 116, Æsch. Pers. 433, Sept. 758. — Ps. Dav. XLII. 8.

v. 447. Cfr. Eur. Med. 145, ib. 795, Androm. 397. (Blomf.) A sententiæ similitudine laudantur Soph. Ant. 469. Eur. Troad. 632.

v. 748. *ἔρριψ'* Aoristus in hac formula solemniter usurpatus. Pal.

v. 749. *ὅπως*, v. Math. §. 519, 7. Kr. I, 54, 8, 8. Cfr. Coeph. 196. *ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ 'κινυσσόμην — πέδοι*, cfr. Eum. 479.

v. 750. *εἰς ἅπαξ*, cfr. Kr. I, 66, 1, A. — *θανεῖν* de re semel facta, *πάσχειν.* de continua actione (Pal.).

v. 752. *δυσπετῶς*, difficulter, ægre. (Blomf.).

v. 743. *ὅτῳ*, v. Kr. II, 58, 3, 3.

v. 754. *αὕτη*, Kr. I, 61, 7.

v. 758. *συμφορά*, vox media ut *fortuna.*

v. 759. *πῶς δ' οὐκ ἄν*, v. Kr. I, 69, 7, 6; 64, 5, 4. Cfr. v. 347.

v. 760. Cfr. Soph. Aj. 281. *ὡς ὧδε ἐχόντων τῶνδ' ἐπίστασθαί σε χρή.* ibid. 904, 981. Vide Math. §. 569. Kr. I, 69, 63, 3.

v. 761. Meineke (Phil. 1863 p. 231.) conjicit *πρ. τ. τ. σκῆπτ. δέ στερήσεται*, judicans hic particula conjunctionis opus esse — de acc. Kr. I, 47, 13, 10. Cfr. v. 171.

v. 762. Cfr. Aj. 906 *αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ δῆλον.* — *κενόφρων*, *stultus*, vocabulum a Pindaro, Tyrthæo et Theognide usurpatum (Blomf.).

v. 764. *γάμον*, v. Kr. I, 46, 5, 3. — præs. pro fut. Kr. II, 53, 1, 1. Cfr. v. 171.

v. 765. *θέορτος*, *divinus.* (Blomf.).

v. 766. *τί*, Kr. I, 51, 17, 3 *ῥητὸν αὐδᾶσθαι*, Simili pleonasmo Ar. Av. 1715 *οὐ φατὸν λέγειν.* (Dind.).

v. 767. *θρόνων*, pluralis ornans. Cfr. 910, 912.

v. 768. *φέρτερον πατρὸς*, cfr. Hom. Il. IV. 405 *ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι.* Horat. *Tydides melior patre.* (Blomf.).

v. 770. *οὐ δῆτα*, v. Kr. I, 64, 5, 4.

v. 771. ὁ λύσων, v. Kr. 56, 10, 3. Cfr. Soph. Phil. 1242. τίς ἔσται μ' οὑπικωλύσων τάδε;

v. 772. "Oportet eum esse aliquem ex tuis nepotibus."

v. 773. Cfr Eur. Alc. 58. πῶς εἶπας; ἀλλ' ἦ χοὖτος οἴχεται θανών, Soph. Phil. 414. — De Promethei solutione duplex veterum sententia. Alii eum a Jove, alii Jove invito ab Hercule solutum tradunt (Stanl.). Æschylus sententiam quandam ex utraque in unam conflatam sequi videtur. Fingit enim Herculem Jove probante Promethei exstitisse liberatorem. (Sch.).

v. 774. πρὸς, v. Kr. I, 24, 2, 8. — Tredecim generis successores sunt, 1. Epaphus. 2. Libya. 3. Belus. 4. Danaus. 5. Hypermnestra. 6. Abas. 7. Proetus. 8. Acrisius. 9. Danae. 10. Perseus. 11. Electryon. 12. Alcmena. 13. Hercules. (Blomf.)

v. 777. εἶτα, v. Kr. I, 48, 7, 4. — προτείνω, *prætendo.*

v. 778. V. Kr. II, 48, 7, 4.

v. 780. ἤ — ἤ, v. Kr. II, 65, 1, 5.

v. 782. χάριν θέσθαι, gratiam in aliquem conferre (Blomf.).

v. 783. ἀτιμάζειν λόγου, Elmsley, Dind., Weil., Schm. cfr. Soph. O. C. μή μ' ἀτιμάσῃς . . ὧν σε προστρέπω φράσαι.

v. 787. μὴ οὐ, v. Math. §. 699, p. 1450. Kr. II, 13, 6, 2.

v. 788. πολύδονος, *multum jactatus*; πολυτάραχον Schol.

v. 789. Cfr. Eum. 275. Coph. 450. Soph. Phil. 1325. Paul. Cor. II, 3, 3. Proverb. Salom. 3, 3.

v. 791. Post hunc versum, cum sequentibus non cohærentem, primus lacunæ signa posuit Brunck. (Weil.).

v. 794. Φορκίδες, Phorcyos vel Phorci filiæ, Ἐνύω, Πεφρηδώ, Δεινώ. De quibus inspi. Wies. Philol. 1854, p. 717. Cfr. Hartung, Die Rel. und. Myth. der Griechen, II, p. 144.

v. 799. δρακοντόμαλλος, *anguicomus.* — Phorcyos quoque filiæ fuerunt, et nomina habuere Μέδουσα, Σθενώ, Εὐρυάλη. (Blomf.).

v. 801. φρούριον, præsidium. Ingeniosa est Pal. conjectura φροίμιον.

v. 802. *δυσχερῆ θεωρίαν, spectaculum, quod* propter terrorem *vix tolerari potest.* (Sch.).

v. 804. *μουνῶψ*, v. Kr. II, 2, 4, 1.

v. 805. *Ἀριμασπός*, gens quædam Schytiæ Her. IV. 27. – *ἱπποβάμων*, equo insedens. Suppl. 284.

v. 809. Cfr. Virg. Æn. 4, 480:

Oceani finem juxta solemque cadentem
Ultimus Ætiopum locus est. —

v. 810. Niger cum ad ultimum cataractarum pervenerit, Nilus dicitur. (Stanl.).

v. 811. *κακαβασμός, descensus;* loquitur poeta de *καταδούποις* Nili, ubi fluvius iste de montibus præcipitatur. (Blomf.).

v. 812. *εὔποτον ῥέος*. Aqua Nilis dulcedine sua nota erat.

v. 814. *μακρὰν ἀποικίαν* vertimus cum Blomf. *distantem coloniam.* Cfr. Sept. 613 *τὴν μακρὰν πόλιν*. Hor. Ep. I, 10, 23. laudaturque domus longos quæ prospicit agros.

v. 815. *πέπρωται*, v. Kr. II, 39, p. 139.

v. 816. *τῶν*, v. Kr. II, 50, 1, 3. — *ψέλλος, imperfecte enuntiatus.*

v. 824. *ὅπως ἄν*, v. Math. §. 520. A. — *κλύουσα*, v. Kr. II, 53, 1, 2.

v. 827. *ὄχλος*, Schol. *πλῆθος*, proprie: *tät, oordnad skara.*

v. 829. legimus *γάπεδα*. Meineke (Phil. 1863. p. 53) supicatur *λάπεδα*, vocem aliunde non cognitam (Weil). alii *γῆς πέδα;* libri exhibent *δάπεδα*.

v. 832. Soph. Trach. 171. Od. 14, 327. Il. 16, 234.

v. 835. *προσαίνειν, adulari;* proprie de canibus dictum.

v. 337. *κόλπον Ῥέας*, Mare adriaticum.

v. 840. *κεκλήσεται*, v. Kr. I, 23, 9, 2.

v. 847. *πρόσχωμα, limi congeries*, quæ ad ostium fluvii paullatim ex alluvione succrescit. (Blom.) h. l. de aggeribus circa Nili Ostia intra regionem l. insulam Delta appellatam exstructis, quibus pagi et urbes impositæ erant, ne exundante Nilo submergerentur. (Sch.). — cfr. Suppl. 3.

v. 849. *ἐπαφάω, contrecto.* — *ἀταρβής, qui nullum metum incutit, placidus.*

v. 851. *Ἔπαφος* ab *ἔπ'* et *ἀφή* quem verborum lusum suethice reddere non potuimus. — *τέξεις* v. Math. §. 251, p. 661.

v. 852. *ἀρδεύω, rigo.* — Qua de re insp. Jahn, Jahrbücher für Class. Philol. 1870. p. 649. Herod. II, 38, 153.

v. 853. Genus e quinquaginta puellis constans.

v. 854. *ἐλεύσεται*, v. Math. §. 234, p. 581.

v. 855. Cfr. Suppl. 9. — *συγγενῆ γάμον*, Hypallage.

v. 856. *ἐπτ. φρένας*, animos vehementer perculsi sc. amore.

v. 857. *κίρκος*, accipiter, cfr. Hos. Carm. I, 37, 17 accipiter velut molles columbas.

v. 859. *σωμάτων* judicavimus referendum ad filios Ægypti atque in versu sequente subaudiendum.

v. 861. *δαμέντων*, intelligendum *τῶν ἀνδρῶν.*

v. 862. *αἰών, vita.*

v. 863. *ἐν σφαγαίσι* i. e. in jugulo.

v. 864. de opt. v. Kr. I, 54, 3, 2.

v. 865. *τὸ μή* v. Math. §. 543. Kr. II, 55, 3, 19. Cfr. Ar. Nubes 1084 *ἕξει τινὰ γνώμην λέγειν τὸ μή.* — Hypermnestra pepercit Lynceo.

v. 866. *ἀπαμβλυνθήσομαι*, v. Math. §. 191, 2, A.

v. 868. *κλύειν*, v. Kr. I, 46, 12, 1. II, 46. 13, 4. — De narratione, Hor. Carm. III, 11. Pulcre de hac fabula Ovidius, Her. XIV. 7.

Quod manus extimuit jugulo demittere ferrum,
  Sum rea. Laudarer, si scelus ausa forem.
Esse ream præstat, quam sic placuisse parenti:
  Non piget immunes cædis habere manus. (Pal.)

v. 869. *τίκτω*, v. Math. §. 251. Kr. II, 14, 4. 5.

v. 873. *παλαιγενής*, cfr. Ar. Nub. 358 *παλαιογένης.* Eum. 172. *παλαιγενής.*

v. 875. *ταῦτα δεῖ μακροῦ λόγου*, Math. §. 355, 4, 2. — *χῶπη*, v. Kr. II, 14, 4, 4.

v. 877. *ἐλελεῦ· ἐπιφώνημα πολεμικόν.* alii: *προσαναφώνησις παιανισμοῦ.* Schol. Med. *ἐπιφ. θρηνητικόν.*

v. 878. *ὑπὸ*, v. Kr. II, 68, 48, 4. — *σφάκελος*, proprie sign. morbum acutum, qui spinam dorsi, vel medullam, vel cerebrum, afficit, — deinde *dolor quisvis acutus.* (Blomf.).

v. 879. *φρενοπληγής*, *phreneticus* activo sensu. (Blomf.) mentem de statu dejiciens (Dind.).

v. 880. *ἄπυρος*, ardentissimus, (Blomf.). *πολύπυρος*, Schol.

v. 881. *φρήν*, h. l. proprie *diaphragma* — cfr. Soph. O. T. 153 *φοβερὰν φρένα δείματι πάλλων.* Schakspear. Macb. I, 3, simillimus locus.

v. 882. *τροχοδινεῖται.* cfr Ag. 51. *στροφοδινεῖται.* — *ἑλίγδην*, *volutim.*

v. 884. *μαργός*, *vesanus.* Cfr. Suppl. 741 *ἐξῶλές ἐστι μάργον Αἰγύπτου γένος.*

v. 886. Herm.: "Perturbata dicta mea illiduntur (h. e. luctantur) diri fluctibus fati;" Weil: "turbida dicta vagantur inter diros malorum fluctus."

v. 887. Pittaci responsum illud afferunt scholia, quod eleganti epigrammate inclusit Callimachus apud Diog. Laërt. I, 80. (Weil).

v. 890. *κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν*, cfr. Ar. Nub. 46, annot. Kock: *τὴν κατὰ σαυτὸν ἕλε.* — v. Kr. I, 68, 25, 2.

v. 891. *διατρύπτομαι*, *mollitie frangor.* cfr. Xen. Mem. I, 2, 25.

v. 893. *χερνήτης*, qui manuum labore victum quærit (Blomf.) — *ἐραστέω*, proprie *amatoris* partes agere (Blomf.).

v. 894. plerique suspicantur *πότνιαι* excidisse.

v. 898. *τῶν ἐξ οὗ.* — v. Kr. I, 50, 8, 7.

v. 899. *ἀστεργάνορα*, *viros non amantem* (Blomf.); *nuptiarum impatientem* (Pal.), *ab amore abhorrentem* (Wiel).

v. 900. *δυσπλ. ἀλ.*, pleonasmus Græcis poetis familiaris (Sch.) — de gen. v. Kr. II, 47, 5, 2. Cfr. Soph. Aj. 888 *ἐμέγε τὸν μακρῶν ἀλάταν πόνων.* (Schm.).

v. 901. *ἐμοὶ δ' ὅτι μὲν ὁμαλος ὁ γάμος ἄφοβος οὐ δέδια* M. Dindorf delet *ἄβοβος.* De hoc loco alii aliter.

v. 902. *κρείσσονες* superi.

v. 904. Cfr. Soph. Aj. 666 *ἄδωρα δῶρα* e. a. — v. Kr. II, 46, 5, 3.

v. 905. *τί ἂν γενοίμαν*, formula *ἀπορηματικῆς*, ut ajunt Grammatici; cfr. Sept. 297. Eum. 789. (Blomf.).

v. 907. *ἦ μὴν*, *nihilo minus* (Blomf.) quod repreh. Pal. has particulas minacis orationis proprias esse censens. — de gen. v. Kr. II, 46, 26, 7.

v. 909. *οἷον*, v. Math. §. 480, 3. Kr. I, 51, 14, 7.

v. 910. *ἄϊστος*, amotus prope ignotus. (Blomf.) — *θρόνων* v. Kr. I, 44, 3, 5.

v. 911. *κρανθήσεται*, v. Kr II, p. 127.

v. 912. *ἐκπίτνων*, v. Kr. II, 47, 23, 1. *δηναιός*, *antiquus*.

v. 915. *χῷ*, v. Kr. II, 14, 47. — "Proinde jam securus sedeat, excelso strepitu fretus, et igniferum telum manibus vibrans." (Sch.) versus sunt cum v. 992—994 comparandi.

v. 917. *πιστός*. h. l. activo sensu. — *πυρπνόος* *ignem spirans*. v. Kr. II, 22, 4, 3. — "*πεδαρσίοις κτύποις* (v. 916) pro tonitritibus forte cum contemtus aliqua significatione dictum; quasi tonitrua Jovis nihil aliud nisi inanem quendam strepitum efficiant." (Sch.).

v. 918. *μὴ οὐ*, cfr. v. 627. v. Math. §. 609, 3, *α*) *β*).

v. 919. de acc. v. Math. §. 408, 1. b). §. 543.

v. 922—25. "Et qui flammam fulmine potentiorem fragoremque tonitru vi superantem inveniet." Apte contulit Arnoldus simillimum Pindari locum (Istm. VIII. 68 sqq.) (Sch.). Cfr. Soph. Ant. 287 *καὶ γῆν ἐκείνων καὶ νόμους διασκεδῶν*.

v. 927. Cfr. Eur. Alc. 528 *χωρὶς τό τ' εἶναι καὶ τὸ μὴ νομίζεται*.

v. 928. *πρὸς*, v. Kr. II, 69, 38. *θὴν*, *sane* v. Löfst. Grek. Gram. §. 98, 13, Anm. 2. — *ἐπιγλωσσάομαι*, effutio adv. alq. (Blomf.)

v. 936. *Ἀδράστεια* eadem fuit ac Nemesis, temerantiæ dea. (Blomf.).

v. 937. *τὸν κρατοῦντ' ἀεί*, *unumquemque regnantem* cfr.

Eur. Or. 889. Hec. 1182 ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται. (Blomf.) — θῶπτε, v. Math. §. 412. Kr. II, 46, 7, 7.

v. 938. ἔλασσον ἢ μηδέν cfr. 1013 οὐδενὸς μεῖον.

v. 940. δαρόν, *diu*; una est vocibus, quæ apud tragicos doricam formam retinuerunt. (Blomf.)

---

## *Corrigenda.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Pag. | 1 | lin. | 12 ab ult. | leg. | suethice |
| „ | 3 | „ | 7 ab ult. | „ | Oceanitides |
| „ | „ | „ | 5 ab ult. | „ | indicantes sciscitantur |
| „ | „ | „ | 15 | „ | exactor in scenam |
| „ | 5 | „ | 7 ab ult. | „ | Oceanitides |
| „ | „ | „ | 13 ab ult. | „ | suethicis |
| „ | 10 | v. | 570 | „ | ἔχων |
| „ | 12 | v. | 594 | „ | ὦ τάλας |
| „ | 17 | „ | 675 | „ | styng |
| „ | 24 | „ | 780 | „ | ἢ πόνων |
| „ | „ | „ | 781 | „ | ἢ τὸν |
| „ | „ | „ | 805 | „ | οἳ χρυσόῤῥυτον |
| „ | „ | „ | 810 | „ | ἂν ἐξίκῃ |
| „ | 27 | „ | 823 | „ | ändtligt |

# Numerorum lyricorum Conspectus[1])

## Jonis monodia.

---

Proodus v. 566—573.

567—69, 571 ⏒ –́ ⏑ –, ⏒ –́ ⏑ –, ⏑ –́ –

570 ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ –, ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ –

572 { –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ –
{ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –

573 ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ ⏑ ⏑ –́, ⏑ ⏑́ ⏑ – – –

Str. v. 574—587 = Ant. v. 593—607.

1 ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ –, ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ –

2 –́ ⏑ –, – ⏑́ ⏑ – ⏑ –, ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ –

3 –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, – ⏑́ ⏑ – ⏑ –

4 ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑

5 –́ ⏑ ⏑ ⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, – ⏑́ ⏑ – ⏑ –

6 – –́ ⏑ – ⏑, – ⏑́ ⏑ – – –

7 ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ –, ⏑ – –

8 ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ –, ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ –, – ⏑ –, ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ –

9, 13 –́ ⏑ – ⏑ – –

10 –́ ⏑ – ⏑ –

11 ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –

12 ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –

vv. 588, 609 ⏑ – – ⏑ –, – ⏑ –, – ⏑ –

---

[1]) In hac descriptione Dindorfium potissimum secutus sum.

## Choricum.

v. 687–695.

1 ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ ⏑́ ⏑ –

2 –́ ⏑ – ⏑ –, – ⏑ –

3 ⏑ –́ – ⏑ –, – ⏑́ ⏑ – ⏑ –

4 ⏒ –́ ⏑ –, ⏑ – ⏑ –, ⏑ – –

5 –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

6 – –́ – –́ – –́ –

7 ⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑

8 ⏑ – – ⏑ –, ⏑ – ⏑ – –

## Stasimum tertium.

Str. 887—893 = Ant. 894—900.

1 –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –

2 –́ ⏑ – –, –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ –́ –

3 –́ ⏑ – –, –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –

4 – –́ ⏑ – –, –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –

5 –́ ⏑ – –, –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –

6 –́ ⏑ – –, –́ ⏑ – –, –́ ⏑ –

## Epodos.

v. 901–906.

1 ⏑ –́ ⏑ ⏖ ⏑ ⏖ ⏑ ⏖

2 – ⏖ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –

3 ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ –

4 ⏖́ ⏑ – ⏑, ⏖́ ⏑ ⏖ ⏑, ⏖́ ⏑ ⏖ ⏑

5 –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – ⏑, – ⏑ – ⏑, – ⏑ –

6 –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ – –